



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 148. Congressus utriusque exercitus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

## §. CXLVIII.

Sæcul. XV.  
A.C. 1465.*Congressus utriusque exercitus.*

**R**ex, qui tum Aureliæ agebat, re intellecta Comitem, priusquam Britannæ Duci suas vires jungeret, recta agredi, ejusque copias fundere statuit, sed mutato paulo post consilio, Lutetiam se conferre consultius fore censuit. Nec tamen prælii discrimen effugere poterat; Brezæus enim Senescallus, cum omnino cum hoste dimicandum contenderet, viæ duces ita delusit, ut Rex licet invitus Carnutum usque abduceretur, quod est oppidum uno lapide a Monte-Leterico distans, ubi Comes S. Pauli cum quadam Burgundionum phalange castra metabatur.

## §. CXLIX.

*Prælium Montis-Leterici.*

**I**nopinatus iste concursus utriusque exercitus Duces haud parum attonitos reddidit, eoquod ad prælii necessitatem rem esse deductam cernerent. Comes S. Pauli, cum castra sua movere haud amplius integrum haberet, quin vel suos cladis periculo exponeret, vel saltem ipse ignaviæ calumniam incurreret, ad Carolesium Comitem, qui in aperto Longigemelli campo castra posuerat, quos-